

2555. LEIBNIZ ZU C. D. KOCHS ARISTOTELES-ÜBERSETZUNG

Vorläufige Datierung: [2. Hälfte August bis September 1701]

Überlieferung:

- 5 *L* Konzept: LBr 486 (C. D Koch), Bl. 67–68. 1 Bog. 2^o. 3 S.
E GERHARDT, *Phil. Schr.*, Bd 7, 1882, S. 471–474.

bearbeitet von Gerhard Biller

[Anhaltspunkte zur Datierung:] Unser Stück enthält eine kritische Stellungnahme, die Leibniz zur lateinischen Übersetzung der Metaphysik des Aristoteles (Buch I, Kap. 1–3) von Cornelius Dietrich Koch angefertigt hat. Koch, seit 1700 Magister in Helmstedt, hatte Leibniz bereits in seinem Brief vom 20. Mai 1701 (I, 19 N. 375) auf sein Projekt aufmerksam gemacht, und nach einer interessierten Reaktion von Leibniz in seinem Brief vom 14. Juli 1701 (I, 20 N. 178) sandte er ihm seine Übersetzung am 16. August 1701 als Beilage zu I, 20 N. 223 zu. Leibniz dürfte unser Stück, wie sich aus seinem Antwortschreiben erschließen läßt, wohl nicht lange nach Erhalt der Unterlagen noch im August oder September 1701 verfaßt und zunächst in seinen Papieren abgelegt haben. Erst am 28. Februar [1702] sandte er Koch dessen Übersetzung mit zahlreichen Marginalien und Anmerkungen sowie weiteren inhaltlichen Ausführungen im Begleitbrief zurück (I, 20 N. 468), nicht ohne sich für die Verzögerung zu entschuldigen: »Dum forte schedas meas excutio, reperio missam mihi a te olim versionem trium priorum Aristotelis capitum primi libri, de prima philosophia; Hanc ergo, non sine veniae petitione nunc Tibi, etsi tardius cum aliis remitto. Non vacavit aliorum conferre interpretationibus praeter Bessarionis, quam operibus Aristotelis inseruit Du Vallius.« (I, 20 N. 468, S. 818 f.).

[Thematische Stichworte:] Aristoteles, Metaphysik; Übersetzung

[Einleitung:] —

Dn. Kochius Artium Magister apud Helmestadienses qui scholas illic juvenibus aperit, misit ad me specimen versionis Metaphysicorum Aristotelis, capitum scilicet trium priorum libri primi.
 25 Ego plerisque versionibus Aristoteleorum scriptorum praesertim Theoreticam philosophiam et res abstractas spectantium, quas extare video minime sum contentus; affectant enim interpretes elegantiam quandam latinitatis et verba Scholae propria circumeundo vitant, pro universalibus, principiis, formis, essentia, substituunt universa, initia, species, substantiam, et ita porro. Saepe

23 apud Helmestadienses *erg. L* 25 versionibus (1) Aristotelis (2) Aristoteleorum *L*
 27 circumeundo (1) vitant | ut principia, formas, essentiam, pro qua male (a) substantiam, (b) initia, species substantiam substituunt, *erg.* | saepe etiam ne (aa) intelligunt quidem (bb) intellexisse quidem satis | vocabulorum vim *erg.* | videntur. Transitiones etiam non bene explicant. Ponunt igitur, cum oporteret jam aut porro. (2) vitant, *L*

etiam ne intellexisse quidem vocabula videntur. Et vocabula a philosophis certo sensui alligata, vulgi more vage usurpant, ut cum γνῶσις vertitur *scientia*, quae debe(t esse) *cognitio*. Transitiones etiam non bene exhibent. Ponunt *igitur*, cum oportet, *jam* aut *praeterea* Graecorum ambiguitate decepti. Denique meo iudicio in autore tam saepe obscuro et abrupto deberent admiscere aliquid paraphraseos sed inter uncinos, ut a textu distingui possit, alioqui enim versio non aut vix nisi maximo labore intelligitur. Relegi ergo illud specimen, et nonnulla quae videbantur aliis superscriptis correxi, quanquam mutassem multo plura, si mea res ageretur. Quaedam etiam annotavi ad marginem, nunc rationem reddens correctionis meae, nunc ipsum Aristotelem explicans, aut etiam ab eo dissentiens.

Sic cum Aristoteles cap. 1. dicat quaedam animalia φρόνησιν quidem habere aut esse φρόνιμα, memoria tamen carere, atque ideo discere non posse; putavi φρόνησιν vertendam hic non *prudentiam* sed *cognitionem* neque hic philosophico Aristotelis sed vulgari sensu usurpari. Nam prudentia quae experientia oritur, et futurum ex praeterito diiudicat, sine memoria esse non potest. Aristotelis autem mens haec esse videtur, Animalia quidem habere cognitionem, sed ut discere et proficere in cognitione possint, etiam memoria opus habere, quam non habeant omnia. Et putat omnia quae auditu sonos non percipiant, etiam memoria carere, in quo vereor ne sit falsus. Nam fortasse apis auditu non caret, cum compertum sit etiam araneos audire, et non video cur necesse sit memoriam auditui esse allegatam. Illud quoque in Aristotele desidero quod non explicat cur animalibus quae memoriam habent, non etiam acquiratur experientia quam hominibus supra animalia tribuit. Illud recte notat hominibus ab experientia demum artem nasci.

In eodem capite non bene explicat Aristoteles discrimen Experti et artis praecepta tenentis, cum ait expertum aptiorem esse ad agendum quam praeceptis instructum; quia Medicus exempli causa per se Socratem, per accidens vero hominem sanat. Ars vero pertineat ad universalis. Sed sciendum est artem, etsi non ad Socratem pertineat, tamen nec ad hominem tantum referri, sed ad talem hominem, colericum, febris laborantem, et a medico experto etiam in curando animum dirigi ad universalis, seu ad ea in quibus Socrates iis cum antea egit Medicus,

1f. Et vocabula (1) affecta (2) a ... alligata, (a) ad vulgi morem (b) vulgi more ... *cognitio*. *erg. L* 3 bene (1) exponunt (2) exhibent. (a) Po (b) Cum oportet (c) Ponunt *L* 7 mea (1) uni (2) res *L* 8 marginem, (1) in quibus (2) nunc *L* 16 quae (1) auditum non (2) auditu *L* 19 quod (1) affi (2) non *L* 20 tribuit (1) ex qua deinde ars nascatur. (2) Illud *L* 20f. Illud ... nasci. *erg. L* 22 Aristoteles *erg. L* 22 et (1) artem (2) artis *L* 26 experto *erg. L* 26 etiam (1) curari non Socrate (2) in *L* 27-S. 255502.1 Socrates (1) iis | quibus *versehentlich nicht gestr.* | cum antea egit, est similis, assimilatur (2) iis ... assimilatur *L*

10 Aristoteles cap. 1: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 980 a 27–980 b 23. 22–26 In ... laborantem: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 981 a 11–20.

assimilatur. Experti igitur praerogativa, super eum qui sola habet praecepta in his potissimum consistit, quod peritus in iis quae jam expertus est plus habet fiduciae, quam is qui praecepta tantum tenet, si non et rationes (ut plerumque fit) intelligat. Praeterea perito promptius et quasi sponte occurrit, quid sit agendum imaginatione priora aut similia repraesentante cum praecepta
 5 habenti conclusiones saepe (quoties praecepta scilicet non ut loquuntur in terminis iisdem hunc casum habent) non sponte nascantur, sed meditatione debeant indagari. Ut adeo in his peritus similis sit ei qui Tabulam Pythagoricam memoria tenens promte computat, doctus vero illi qui digitis computando haec eadem quae Tabula docet, indagare primum cogitur. Denique haec praerogativa est periti, quod multas habet observationes quae nondum in artis praecepta sunt
 10 redactae. Interim sunt tamen et in quibus doctus praestat perito. Nam potest fieri, ut multa expertus attentione caruerit aut non valeat memoria et imaginatione et contra, ut doctus valeat ingenio et vi ratiocinandi. Hinc saepe fit ut in bello juvenis dux vix schola egressus, rectius iudicet, quam alii senes. Praeterea sciendum est in libris et praeceptis artis alicujus jam bene excultae; reperiri observationes innumerabiles, a multorum collectas experientia, quas Unus
 15 aliquis propria tantum nitens experientia habere non potest. Unde merito medici docti iidemque ingeniosi et prudentes, etiamsi imperiti Empiricis praeferuntur, praeterquam in iis ipsis casibus, in quibus Empiricus peritiam multo usu est assecutus. Postremo non satis proprie dictum ab Aristotele puto, a Medico sanari Socratem, sed hominem non nisi casu. Est enim Socrates homo per se, non per accidens, neque casu. Id voluit, Socratem sanari non tamquam
 20 homo est, sed qua talis homo; nisi voluit etiam bestiam eodem morbo laborantem a medico sanari potuisse.

Quod etiam ibidem habet Aristoteles Artifices habere causas exploratas, non semper est verum. Certe in Medicina magna pars observationum quibus ars nititur, talis est, ut causae sufficienter redditae nondum habeantur. Et ars est systema ordinatum praeceptorum quae vera
 25 esse si non ratione certe experientia didicimus. Itaque etiam qui tale systema habet, docere potest, etsi causarum cognitione sit destitutus.

2 quod (1) Expertus (2) peritus ... est L 3 intelligat |(1), deinde experto *versehentlich nicht gestr.* | (2) . Praeterea (a) experto (b) pe (c) peritus (d) perito L 4 occurrit (1) ea quae novit (2) quid L 4 aut similia *erg. L* 4f. repraesentante (1) sed qui praecepta habet (2) cum praecepta habenti L 5f. saepe ... non (1) hunc (2) ut ... terminis (a) ips (b) iisdem ... habent) *erg. L* 6 sed (1) ratiocinatione d (2) meditatione L 8 computando (1) ipsa (2) haec L 8–10 Denique ... redactae. *erg. L* 10 ut (1) peritus aliquis (2) multa ... aut L 12 vix *erg. L* 13 jam (1) satis (2) bene L 14 excultae; (1) multas (2) reperiri L 16 ingeniosi et *erg. L* 16 prudentes, (1) Empiricis praeferuntur, si eos casus (2) etiamsi L 16 ipsis *erg. L* 17 peritiam (1) crebro <-> (2) multo (a) <-> (b) multo L 19 voluit, (1) non hoc (2) Socratem L 20f. nisi ... potuisse *erg. L* 23 quibus ars nititur *erg. L* 25 esse (1) sive (2) si L 25 certe (1) observ (2) experientia L

22 ibidem habet Aristoteles: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 981 a 24–30.

Initio capitis secundi, dicit versio: *primum sapientem putamus, quantam possit quisquam maximam rerum omnium scientiam habentem, non utentem singularium rerum experientia*. Sed cur Aristoteles a sapiente excludat peritiam non apparet. Itaque haec potius mens ipsius videtur, sapientiam res ita scire, ut de iis etiam ante experientiam singularium judicare, et ita praevidere possit, quae alii tentamentis et periculis discere coguntur. Itaque loco verborum: *non utentem singularium rerum peritia*, ponerem, *etiamsi non sit per singularia expertus*. 5

Ibidem non satis firmiter ratiocinatur Aristoteles, cum ut ostendat sapientiam circa difficiliora versari ait universalialia magis difficilia esse. Id quidem verum est in iis quae a posteriori colligere oportet, ubi paulatim a specialibus per minus universalialia ascenditur ad generalissima. Sed in iis quae causis et ratione constant secus est, ibi enim universalialia sunt priora et faciliora. Et mox ipse fatetur principia esse simpliciora seu ex paucioribus constituta. 10

Eodem capite versus finem obscure loquitur Aristoteles, sed sensus est in sapientia seu praestantissima disciplina, ordinem esse contrarium ei quo usi erant homines in constituendis artibus vitae commodis inservientibus aliisque etiam contemplativis scientiis; nam incepisse ab admiratione ac dubitatione, ut si quis miretur machinas se sponte moventes antequam causam videat, vel conversiones solis, vel diagoniam lineam in quadrato lateri incommensurabilem, mirum enim videri, longitudinem quae minima non est, in mensuras resolvi non posse. In sapientia autem constituenda, tanquam supremo fastigio, locum habere debere proverbium, quod dicat: *melius in fine*, et fieri statim ab initio, quod in aliis demum ubi didicimus postremo assequimur, non admirari, ut Geometra adeo non admiratur lateris incommensurabilitatem, ut potius maxime admiraturus esset, si commensurabile a quoquam ostenderetur. Incipit autem vulgus ab obscuris et ab admiratione, sapiens autem a principiis claris seu a priori, atque ita contraria via incedit. Itaque cum alii interpretes locum ita vertissent: *ordinem vero ejus instituere decet contrarium ejus quem in superioribus inventis* (locutus erat de artibus ad vitae commoda aut curiositatem etiam pertinentibus) *observavimus*, noster pro *contrarium ejus*, 20 vertit *respectu habito ad eum quem in superioribus inventis observavimus*, sed in eo mentem autoris non est assecutus.

2 omnium (I) peritiam | (2) scientiam erg. | L 4 sapientiam (I) scire res et (2) res L 5 alii (I) periculo (2) tentamentis L 9 paulatim (I) per universu (2) a L 11 principia (I) versari (2) esse L 12 finem (I) dicit Aristoteles, in (a) sapientissimi (b) sapientia (2) obscure ... sapientia L 14 inservientibus (I) | aliisque scientiis erg. u. gestr. | incepisse eos ab admiratione (2) aliisque L 15 miretur (I) automata (2) machinas L 19 fine, (I) ibi tolli admirationem, adeo (2) et L 19 demum (I) discentes (2) ubi didicimus L 22 claris (I) atque (2) seu L 25 pertinentibus (I) instituim (2) observavimus L

1 f. Initio ... *experientia*: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 982 a 8–10. 7 Ibidem ... Aristoteles: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 982 a 23–25. 14–21 nam ... ostenderetur: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 983 a 12–20. 23–25 *ordinem ... observavimus*: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 983 a 11f.

Cap. 3. ὁμοιομερῆ Anaxagorae, velim verti *similaria*, et pro id ex quo causa motus proficisceretur verti: *causam motus efficientem*, de ea enim sermo est autori. Et cum circa finem capitis ita vertitur: *nec si quis vel voluntario rerum motui vel casui tantum operis* (effectiōnem scilicet universi) *tribuat recte quid proferet*. Vertendum est: *casui vel fortunae*,
 5 est enim αὐτόματον καὶ τυχή, quae ex physicis scimus significare casum et fortunam, nam αὐτόματον hic non est voluntarium, sed opponitur fortunae, ut habeat locum in actionibus ratione carentibus, uti fortuna in iis quae ratione utenti praeter expectationem eveniunt.

2 cum (1) versus | (2) circa erg. | L 3 capitis (1) dicit Aristoteles vertitur (2) ita L 3 f. operis (1) | (mundum) erg. | tribuat recte quid proferet (2) (effectiōnem ... proferet L 6 locum (1) in rebus inanimis, ut fortuna in humanis (2) m (3) in L

1 ὁμοιομερῆ Anaxagorae: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 984 a 14. 5 τυχή: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, 984 b 14.